



EPITHALAMIVM

VOTIVVM,

VIRO

PLVR. REVERENDO, DOCTISSIMO,

DOMINO

GEORG. CHRISTI-
ANO ADLERO,

ARCHIDIACONO IN PALAEOPOLI BRANDENBVR-
GICA MERITISSIMO,

CVM

VIRGINE LECTISSIMA.

EMERENTIA
ZEDELIA,

DNI. WOLFGANGI ZEDELII,
PHARMOCOPOLAE OLIM OSTERBVRGENSIS,

FILIA DILECTISSIMA,

DIE XXII. FEBR. MDCCXIX.

FESTVM CONNVBIALE

CELEBRANTI,

SCRIPTVM ET TRANSMISSVM

INTVS NOMINATIS

AMICIS HALENSIBVS.

HALAE MAGDEB.

Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typogr.





Quam rapuit thalami consortem tempore verno,
ADLERO nouit reddere Dextra DEI.
Sit noua Sponsa, precor, similis per cuncta priori,
Viuendi spacio sit modo dispar ei.

D. PAVLVS ANTONIVS.

Was ein Kind Gottes thut/das ist in Gott gethan.
Wie? solte sich diß auch wol auf die Ehe schicken?
Ein Welt-Kind tritt den Stand mit rohen Herzen
an/

Und weiß nichts Heiliges darinnen zu erblicken.
Allein was Gott geweiht/ ist an sich nicht gemein.
Es ist auch dieser Stand ein edles Lehn vom Glauben.
Der Glaube schließt ihn mit in seine Grenzen ein/
Und läßt sich nimmermehr die Aussicht drüber rauben.

Beliebter Freund/ Er weiß/ daß dieses Wahr-
heit sey/

Und hat es schon einmal erfahren und geübet.
Der Höchste seh JHM auch zum andern male bey/
Da ER aufs neue sich in diesen Stand begiebet.

August Hermann Francke/

S. Theol. Prof. & Past. Vtric. zu Halle.

DVm Tibi post tristem luctum noua gaudia surgunt,
Et vitæ Sociam reddit, AMICE, DEVS:
Gratulor, atque TVIS precibus coniungere vota
Me iubet & pietas, suadet & ipsa fides.
Felicis animæ, quæ non terrestria quærunt;
Sed quas coelestis pascit & vnit amor!
Ergo omnis vitæ sit CHRISTVS ductor & auctor:
Sic quoque coniugium prospera multa feret.

*Pauca verbis prolixum adfectum significaturus
scribebat*

D. IO. HENR. MICHAELIS,

S. Theol. & Gr. ac OO. Lingg.
P. P. Ord.

Vincla coniugii casti sancta esse putanda,
Impulsus sancto flamine Paulus ait; (*)
Maxima complecti dicens mysteria pactum, (*) Eph. V, 32.
Ipse quod Adamum iussit inire DEVS.
Christus enim aeterno genitus summoque parente,
Omni & sine simul principioque carens,
Humani generis diuino captus amore
In mundum venit patre iubente miser.
Vtque potiretur nostri, cum corpore tectus
Splendoris radios condidit ipse lubens.
Hic adeo cunctos homines dilexit, vt ipsam
Mortem pro nobis dulce putaret onus.
Hicque periturum genus, (o mirabile dictu!)
Ipse sibi sponsam poscit habere suam.
Hicque animam, quæ se tradit constanter amanti,
Rursum infinito semper amore trahit.
O decus! o sanctos ignes! o flumina, mille
Deliciis quæ sic vique repleta ruunt! (**)
Hi sunt, quos cecinit Salomo, quos David amores, (*) Ioh. IV, 14.
Quos modo cum domino pectora iuncta sciunt.
Hæc igitur tam sancta tenent mysteria leges
Coniugii, impurus quæ fere nescit amor.
Iam vero, quum post varios, ADLERE, dolores
Dulcia cum SPONSA vincla subire cupis;
Gratulor, atque animis vt sit coniunctio iunctis
In domino felix atque beata, precor.
Viuite sic, opto, fatorum vt nullus amorem
Illius aut Vestrum tollere turbo queat!

IOACHIMVS Sange/

S. Theol. D. & PP. O.

GAudere cum tremore,
Cum gaudio dolere;
Sperare cum pavore,
Cum spe timere rursus;
Visis parum moveri,
Et adfici futuris;
Fideque gloriari,
Que credit obvoluto
Diuina Dicta sensu:
Hæc digna sunt *Fideli*,
Hæc digna *Christiano*.

Et *nos*ter ergo *Sponsus*,
Laudatus ille *Sponsus*,
Vereque *Christianus*,
Quem Brandeburgum honorat,
Sub nuptiale festum,
Post nuperas procellas
Cælum intuens serenum,
Hæc arte temperatos
Voluer reuoluit intrus
In pectoris recessu,
Christo docente, motus.

Gaudebit ob repertam
DEO fauente *Sponsam*,
Mortalium vicissim
Celeri rotata cursu
Ob fata contremiscent.
Lætabitur reuerio
De coniugali amore;
De coniugali amore
Rupto prius, dolebit.

Sperabit inter ipsos
Bona expetita plausus;
Nostræ simul pauebit
Felicitatis hostes.
Nec spem tamen minaci
Timore merget omnem,
Sed, dum bonis parabit
Præsentibus, caducis,
Vt pie, haud abuti,
Spectabit irretorto
Futura Dona vultu.

Fides potita Christo,
Fides Ministra Christi,
Fides basis salutis,
Fides magistra vitæ,
Dilectionis alma
Mater, speique Nutrix,
Fides molestiarum
Formidinumque Victrix,
Fides levamen ægri,
Fides vigor valentis,
Et robur occubantis,
Fides id omne nostrum
Georgium docebit;

Fides docebit ista
Nostrum omne *Christianum*.

Fide excitata *nostræ*
Nostra & fides *Amici*
Sperare, & haud timere,
Gaudere & haud dolere,
Imo immemor dolorum
Constantiam precando
Præsentis ominari
Felicitatis audet.

Non semper ira cælo
Ignes vibrat Tonantis;
Non vsque iusta Iouæ
Manus quatit flagellum.
Cære fat est forem
Vxoris exiisse,
Casu omnibus dolendo,
Viuentium cæterua.
Vxoris hanc Sororem,
Sat est, cito insequutum,
Morte omnibus gemenida,
Patrem, patrem suorum
Amantem, amandum, amatum,
Firma fide potentem,
Preces cære doctum,
Testemque veritatis,
Hostemque salicitatis,
Fortem, motendo blandum,
Et suaviter seuerum.
Sat est, Parentis instar,
Vix editæ Parentem
Prolis, repente caram
Vxorem ad astra magno
Ipsam auolasse nihil.

Hæc damna missa iunctim,
Iunctimque victa, iunctim
Mittenda Dona spondent,
Manfura Dona spondent.

Respiret ergo passus
Tam multa *Christianus*?
Terra fiet *Colonus*
Cœlique cuius idem.
Adleris inter omnes
Spectabilis vigero,
Et cum suis fauentes
Cælum petat per auras,
Soli imminens supremo.
Adquirat & volando
Novas subinde vires:
Donec reuisat illos,
Qui neciis dolorum,
Incurri pauorum,
Vacui molestiarum,
Lætantur, & sonoros
Dant absque sine Cantus.

Sic affectum amoris prolixiorum prolixius explicare voluit
granulabundus

IOH. DAN. HERRNSCHMID,
SS. Th. D. & P. Ord.

2°

Gb 956,

ULB Halle
001 594 781

3



St 2

Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

WOM



EPITHALAMIVM

VOTIVVM,

VIRO

PLVR. REVERENDO, DOCTISSIMO,

DOMINO

G. CHRISTI.

ADLERO,

IN PALAEOPOLI BRANDENBVR-
CA MERITISSIMO,

CVM

NE LECTISSIMA,

RENTIA

DELIA,

WILHELMO GEFANGI ZEDELII,

PROFESSORIS POLAE OLIM OSTERBVRGENSIS,

CONIUGII DILECTISSIMA,

XXII. FEBR. MDCCXIX.

IN CONVIVIALE

CELEBRANTI,

SCRIPTVM ET TRANSMISSVM

AB

ADAMO HALENSIBVS.

HALAE MAGDEB.

Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typogr.

